

37 Citationem opus non esse in relaxatione ad effectum agendi, magis acceptum est inter DD. & obtinuit in praxi, de quo nuper, num. 22. cum seqq.

Verf. Ex his tamen.

38 Manere vinculum juramenti illibatum quoad reliqua, concessa absolutione ad effectum agendi, omnes agnoscunt; Carleval. num. 210. Hermof. num. 102. Ant. Gom. variar. lib. 2. cap. 14. num. 21. Sanc. d. cap. 21. num. 23. Guttier. dict. num. 112.

Ibi: Secundo e contrario.

39 Non indiget nova absolutione, qui ille fuit assequutus ad effectum agendi, si contractus rescindatur: Sanch. & Hermof. ibidem.

Ibi: Tertio adnotandum est.

40 Hujus styli signaturæ, ex quo denegatur absolutio à juramento adhibito in obligationibus conceptis in forma Cameræ Apostolicæ, meminere Marefcot. d. lib. 2. variar. cap. 84. num. 13. Sanch. d. cap. 21. num. 24. Callad. decis. unic. de mut. petitionib.

Ibi: Quarto est adnotandum.

41 Relaxatio ad effectum excipiendi, etiam conceditur; Paz, Parlador. Cevall. & ceteri adducti communiunt; sed ad effectum reconveniendi non datur, Marefcot. num. 12. quia opus non est.

Ibi: Quintum est quod ibi.

42 Data absolutione juramenti in dict. audent. Sacramenta puberum, minor uti debet auxilio restitutionis, tanquam adversus contractum validum, quia nulla vis ei tollitur per talem absolutionem; Guttier. ibi, num. 20.

Verf. Nam esse tunc necessariam.

Anceps questio est: Num enormissimè læsus contractu, quem juravit, possit adversus eum venire, non adempta relaxatione, absque labe perjurii? de qua Guttier. ex num. 95. Hermof. num. 82. Molin. de primog. lib. 2. cap. 3. num. 25. & licet pro utraque parte communis sit opinio, frequentius in negativam itum est, quam sustinent Afflic. decis. 322 num. 9. Capyc. decis. 116. Pinel. in l. 2. p. 3. cap. 1. num. 65. verf. aliis, quibus Azeved. in l. 4. num. 137. tit. 21. lib. 4. Recop. Fachin. contror. lib. 8. cap. 69. in fin. Cancr. variar. part. 1. cap. 13. de empt. verf. ex quibus, Castillo quotidianarum lib. 3. cap. 2. num. 26. Marefcotus variar. resolut. lib. 2. cap. 84. num. 16. Sed & multi contrarium tenent, quos isti referunt. Sed Hermof. num. 84. distinctione utitur variis Rotæ decisionibus comprobata, quoniam quando detecta est enormissima læsio, de qua constat absque partis læsæ petitione, relaxatio non desideratur; at si adhuc lateat, non licebit absolutione non concessa contra juramentum venire: & tandem num. 86. concludit, enormissimè læsum à perjurio indistinctè exculari, etsi, non præcedente absolutione, jurato contractui contraveniat.

Verf. Obiter tamen.

43 Communis est opinio, jurantem metu coactum nequire non præmissa absolutione adversus juramentum agere, Cevall. tom. 1. quest. 604. quam sustinent Guttier. de juram. confirm. 1. part. cap. 57. num. 19. & 20. Sanch. dict. lib. 3. cap. 11. num. 18. & 14. Molina ubi supra, num. 13. qui etiam testatur contrarium in tribunalibus observari, ubi & alij, Pat. Molin. de just. disp. 578. num. 28. Pat. Suarez de Religion tom. 1. tract. de jurament. lib. 3. cap. 16. num. 18. Seraphin. supra privileg. 110. num. 16. Afflic. decis. 322. num. 9. Pinel. in l. 2. part. 3. cap. 1. nu. 8. C. de rescio. vendit. Valenc. 2. 2. disp. 6. quest. 7. punct. 4. col. 6. verf. Respondeo questionem hanc, Ant. de Petra in l. 1. num. 279. ff. de jurejur. Flamin. supra, lib. 13. quest. 2. num. 23. Bernard. Grav. ad pract. Camer. Imper. lib. 2. conc. 42. Less. de just. lib. 2. cap. 42. dub. 6.

44

num. 50. Quicquid contra teneant alij, quos refert Cevall. dict. 9. 604. num. 2.

Formam petendi relaxationem juramenti tradunt Peguera in prax. civil. rubric. 1. in fine, Peregrin. decis. 8. Ricci. supra, de absolut. jurament. decis. 333. & relaxatio per procuratorem potest impetrari; Sanch. dict. cap. 21. in fine, Bald. in cap. 1. num. 7. de jurejurand.

Ad Num. 7.

Judex causæ præparantis est competens etiam quoad causam præparatam, Cyriac. tom. 2. controvers. 381. num. 11. Tondut. de prevent. judic. part. 1. cap. 24. num. 10. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 371. Gambacurt. de immun. Eccles. lib. 6. cap. 8. num. 3. Bossi. tit. de for. compet. n. 117. Guttier. de jur. confirmat. part. 3. cap. 12. num. 6. Quod verum est, cum alias Judex de utraque causa potest cognoscere, Cyriac. num. 50. 51.

Ad Num. 8.

In hac controversia, an Judex Ecclesiasticus, qui præstitit absolutionem à juramento, possit de contractus valore cognoscere: sequuntur D. Covar. Sanch. d. lib. 3. cap. 3. num. 15. Guttier. de jurament. confirmat. 3. part. cap. 12. num. 6. Navarr. in rubrica de judic. num. 12. qui sentiunt, non licere Judici Ecclesiastico causam principalem rescissionis tractare, nisi contractus contineat vitium simoniæ, usuræ, vel aliis delicti, cujus cognitio ad forum spectat Ecclesiasticum. Contrarium tamen cum Bald. defendunt multi, quos refert, & sequitur Paz d. prælud. 2. num. 39. quæ sententia magis juri consonat, quoad adhibita distinctione; nam si absolutio petatur à Judice Ecclesiastico eius, qui juravit, procul dubio hic non poterit de contractus rescissione cognoscere: quia quoties agitur ad rescindendum, adiri debet Judex ejus; contra quem rescissio intentatur, l. 2. ubi notatur, C. ubi, & apud quem: quod si Judex Ecclesiasticus illius, cui juratum est, absolutionem præstet, jure causam principalem retinebit: Quia ratione juramenti potest inter laicos judicare, cap. fin. de for. compet. in 6. Primo: quoniam Judex causæ præparantis est competens respectu causæ præparatæ, cum ad utramque jurisdictionem obtinet, ut cum Cyriac. & aliis dixi, n. 46. Secundo: qui potest cogere ad implementum contractus, de ipsius rescissione cognoscere non prohibetur: qui enim est Judex contractus, distractus quoque debet esse. uti probant ex pluribus, Tondut. 1. p. cap. 18. ex n. 8. Carleval. disp. disp. 2. num. 185. cum seqq. Gratian. disceptat. cap. 14. num. 22. Caldas in l. si curatorem, verb. Imporandum, num. 30. C. de in integr. restitut. Coler. de processib. exequat. part. 2. cap. 1. num. 24. 44. Tiraquel. de jur. marit. gloss. 5. num. 8. Tertio: nemo condemnare valet, cui non est potestas absolvendi, l. 3. ff. de re jud. l. nemo qui 38. ubi Rævard. d. ff. de reg. jur. Carleval. num. 201. Menoch. de arbitrar. lib. 1. quest. 43. à num. 2. Gratian. Falcon, reg. 110. August. Barbof. de potest. Episcop. p. 3. allegat. 52. Sed Ecclesiasticus compellit ad implendum propria sententia contractum juratum, pro ut fatentur omnes: ergo etiam absolvere ab obligatione adimplendi per rescissionem poterit. Quarto: tandem sine divinatione restringi nequit decisio dict. cap. fin. de for. competent. ubi absolute dicitur, contrahentes Ecclesiasticum forum sortiri, si in contractu juramentum intercesserit; quod etiam quoad distractum accipiendum esse præmissa suadent, quibus addenda sunt quæ diximus supra, ad num. 5. verf. Verum, ut res, ubi ex communi sententia probavimus, posse peti relaxationem juramenti à Judice Ecclesiastico ejus, cui juratum est, indistinctè, sive contractus contineat vitium simoniæ, vel usuræ, sive non; quoniam propter juramentum potest compellere etiam laicum ad remittendam obligationem, quamvis relaxatio tendat ad rescissionem contractus, ut notum est.

48

Jure reprehenditur Glossa in cap. Paracianos, de sent. excommun. cum in confesso sit apud omnes, Judices Ecclesiasticos posse procedere adversus laicos inferentes Clericis injuriam, (Imò & contra rerum eorum invasores, ut testantur Bobad in politica, tom. 1. lib. 2. cap. 17. numer. 37. ubi

ubi plures textus, & DD. congesti, Paz in prax. dict. prælud. 2. num. 19. Felin. in cap. cum sit generale, num. 4. de for. compet. Hostien. ibidem, Butri. num. 9. Socin. n. 15. Del-bene. part. 2. cap. 10. dubit. 1. sect. 1. num. 20. Saleed. ad Bernard. Diaz in praxi, cap. 18. num. 14. Petr. Barbof. in l. si quis ex aliena, à num. 140. Guid. Pap. decis. 562. num. 2. 3. Julius Clarus in prax. §. fin. quest. 46. num. 42. Telsaur. decis. 224. num. 23. Decian. in tract. Crimin. tom. 1. libr. 4. capit. 26. num. 1. 22. Beller. disquisit. clerical. titul. de favor. cleric. reali §. 4. num. 13. Clericus vero injuriatus etiam sæcularem adire poterit Judicem, Clarus, num. 47. Farinac. in praxi; parte 1. quest. 8. numer. 135. Azevedo in leg. 4. num. 4. tit. 1. libr. 5. Recop. Cur Philip. part. 3. §. 2. num. 6. 7. licet quoad invadentes, & auferentes res Clericorum, contrarium sentiant Decian. supr. lib. 6. cap. 30. num. 23. Cald. supr. num. 32. in fine, Barbat. in cap. cum sit generale, à num. 62. de for. compet. & alij.

deinde liberaliter beneficium conferre nominato. 29 Agitur iterum de dict. cap. cum universorum, de permutat. supra, num. 14. 30 In delictis affectus punitur, etsi non sequatur effectus; quando reus, quod potuit, fecit. 31 In dilectorum punitione exitur non attenditur, sed voluntas. 32 Admittens simoniam contra jus Ecclesiasticum tantum, beneficio non privat. 33 Nemo ex improbitate sua debet commodum reportare. 34 Restitutio in d. cap. cum universorum, fuit ex gratia. 35 Conciliatur d. cap. cum universorum, cum cap. si beneficia 20. de præbend. in 6. 36 Tractatus super beneficiorum permutatione perfici ante præstitum ab Episcopo assensum potest, ex qui verò nulla ex parte licet. 37 Licitum est, tractatu præbatio de permutandis beneficiis absque Episcopi consensu, libere in ejusdem manibus renuntiare, ut postea quilibet beneficium alterius impetret. 38 In beneficiorum permutatione necessaria est auctoritas Episcopi, etsi ad ipsum provisio non spectet. 39 Renunciatio, nisi in manibus Prælati fiat, non subsistit. 40 Desinitur beneficij renunciatio. 41 Beneficio renuncians, ante quam per Prælatum acceptetur renunciatio, & proprietatem, & possessionem retinet. 42 Respondetur ad textum in l. quod si minor, §. Scævola, ff. de minorib. 23 Flaminus contra Tondutum defenditur. 44 Agens de bonis paternis recuperandis, de damno vitando contendit. 45 Filius suus hæres, mortuo patre, dominus ipso jure sit bonorum illius. 46 Filius, cum se abstinet paterna hereditate, juri jam questio renunciat. 47 Minor restituitur contra tertium possessorem in subsidium. 48 Restituitur directo, & primario, quando possessor emit, sciens rem minoris fuisse. 49 Item si restitutio concedatur, quia minori non expediebat alienare. 50 Item si ex titulo lucrativo Tertius possideat. 51 Responsio ad cap. fin. de judic. in 6. remissivè. 52 Minor restituitur adversus dotis constitutionem. 53 Et contra lapsum quinquennij ad reclamandum adversus Professionem. 54 Interpretatur textus in cap. dudum, de præbend. in 6. 55 Minor non restituitur, si renunciavit juri, quod ad beneficium habebat, postquam alij questum est. Quod inferius explicatur, num. 56. 56 Renunciatio juris ad beneficium, proprie cessio dicitur. 57 Minor non restituitur ad lucrum omnium cum detrimentum alterius. 58 Explicatur d. §. Scævola. 49 Minor non restituitur ad beneficium, cui nondum obtento renunciavit, cum possessoris detrimentum. 60 In permutatione beneficiorum non admittitur remedium l. 2. C. de resc. vendit. supra dictum est, n. 11. 61 Minor agi præcisè ad rem ob lesionem quando aliter damnum rescari non potest. 62 Ob beneficiorum disparitatem non licet in permutatione pecuniam dare, aut pensionem constituere. 63 Fallit accedente Pontificis auctoritate. 64 Pontifex potest fructus beneficij ab ipsius titulo separare. 65 Explicatur cap. ad questiones 6. de rer. permutat. 66 In locutione fructuum beneficij utrum locus sit remedium, l. 2. C. de resc. vend. 67 Utrum in locutione, aut venditione ejus, quod à fortuna pendet, d. l. 2. locum habeat?

AD CAPUT V.

An Minor læsus in spiritualibus sit restituendus.

SUMMARIUM.

- 1 Auctores materiam explicantes.
2 Minor an sit restituendus in renunciatione beneficij.
3 In beneficiis causis pro maiore habetur.
4 Non restituitur ad beneficium, cui renunciavit, si illud alteri questum sit.
5 Nec adversus Matrimonium, aut Religionem, seu Professionem.
6 Ratio redditur.
7 Non restituitur adversus opus pium vel votum.
8 Nec adversus Deum, patriam, aut patrem.
9 Restituitur in causis circa votum, aut matrimonium, quando de validitate eorum agitur.
10 Restituitur ad lucrum omnium.
11 In permutatione beneficiorum non est locus remedio l. 2. C. de resc. vendit. & infra num. 60.
12 Minor restituitur ad beneficium, cui renunciavit, etiam si alteri sit questum.
13 Minor in omnibus causis debet restituere, nisi specialiter jure prohibeatur.
14 De intellectu cap. cum universorum, de rer. permutat. & infra num. 29.
15 Simonia committitur in permutatione, aut resignatione beneficiorum, per pactiones prohibitas, licet nihil interveniat temporale.
16 Permutatio beneficiorum propria auctoritate permutantium facta, est simoniaca.
17 Resignationes reciproca, vel in favorem, sine Pontificis assensu simoniace sunt.
18 Est vera simonia, que in jus Ecclesiasticum solum patrat.
19 Simonia prædicta, solet impropria, & putativa nuncupari.
20 Resignatio in favorem etiam cum clausula, non aliter: simoniaca non est, si Episcopus non assensiat, sed est actus irreligiositatis.
21 Vera simonia potest inveniri, etsi nihil temporale intercedat. Alij contra sentiunt.
22 Quæ vitia sub simonia comprehenduntur.
23 Non est simonia, conferre beneficia propter cognationem.
24 Exponitur cap. nemo 14. de simon.
25 Non licet Prælato inferiori Pontifice acceptare renunciationem beneficij in favorem, & alij a nominato conferre.
26 Nec Pontifex de potestate ordinaria id facere poterit, si adjuncta sit clausula, non aliter, neque alio modo.
27 Aliud juris est, si per viam modi beneficio renunciatur in favorem.
28 Non licet Episcopo, acceptare renunciationem in favorem, non acceptando nec rejiciendo conditionem, &

DE restitutione minorum in spiritualibus, maxime in renunciatione beneficiorum, tractant Flamin. de resignat.



resignat. benefic. lib. 3. quast. 7. num. 15. cum sequentibus, O. de restitu. in integr. quast. 63. art. 2. Cevall. tom. 1. quast. 4. & 5. & tom. 2. quast. 831. Tond. quast. benefic. lib. 1. §. 50. Boer. decis. 350. num. 4. & 5. Vivian. de iure patron. part. 2. lib. 13. cap. 10. num. 47. Costa in l. Gallus, §. & quid sit tantum, part. 2. num. 63. ff. de liber. & posthum. Caldas in l. si curatorem, verb. Lasis, num. 38. & 39. C. de in integr. restit. Morl. in empur. jur. 1. part. tit. 5. quast. 8. Garc. de benefic. part. 11. cap. 3. num. 61. Sanch. de matrim. lib. 7. disput. 37. num. 21. & 22. Azor. inst. moral. p. 2. lib. 7. cap. 20. quast. 9. in fine. Valer. Reginal. in prax. for pœnient. lib. 3. tract. 3. num. 334.

Ad Num. 1.  
Glossam in l. an prator, in prime, ff. de minor. quæ negat, minorem in renunciatione beneficii læsum in integrum restitui posse, approbant Flamin. supr. num. 25. nisi dolus interveniat, Perusin. in cap. dudum, de prabend. in 6. Tancret. in cap. ex parte, de rest. spoliat. & alij apud Boer. d. decis. 350. num. 4. quorum fundamentum est, quia in causis beneficiabilibus minor tanquam major admittitur, cap. fin. de iudic. in 6. quare restitutionis auxilio juvandum non est.

Sed hanc sententiam, & rationem communiter DD. impugnant, Cevall. d. quast. 15. num. 5. Matienz. in l. gloss. 7. num. 5. tit. 11. lib. 5. Recop. Tondut. num. 3. Peregr. de iur. Fife. lib. 5. tit. 2. num. 47. vers. Vel etiam responderi potest, Pot. decis. 427. lib. 1. in correct. Vivian. ubi supra, Cardos. in prax. iudic. verb. Minor, num. 48. Morla d. quast. 8. Azor. supra, & alij nuper allegati, Quorum plures Bernard. adhaerent, assentes, tunc restitutionem esse minori concedendam, cum nondum alteri beneficium collatum est, per l. quod si minor 25. §. Scævola, ff. de minor. ita Menoch. de recuper. remed. 10. num. 104. Nicol. Garc. ubi supr. Pute. decis. 54. Caldas num. 38. Cravet. conf. 90. num. 4. ad finem, Thefar. decis. 54. Cevall. dict. num. 5. qui communem dicit, Guttier. conf. 11. num. 4. Flamin. num. 39. Franc. in cap. dudum, de prabend. in 6. Grassis decis. 307. de quo infr. num. 12. & 55. cum seqq.

Minor non restituitur adversus Matrimonium, nec professionem Religionis, Caldas in d. l. si curatorem, verbo, contractum, num. 28. Peregr. num. 46. Caner. p. 3. cap. 11. a num. 219. Grat. discept. cap. 267. num. 11. Anton. Gom. var. lib. 2. cap. 14. num. 2. vers. Unum tamen, Cevall. dict. quast. 831. Flamin. num. 16. & 19. Oddus p. 2. quast. 60. art. 1. num. 13. Mauric. de in integr. restit. q. 246. & alij, quos refert, & sequitur Sanch. dict. num. 21. ubi rationem ex Baldo communiter recepto in rubric. C. de iudic. in 1. lectur. num. 7. reddit, quia scilicet hæc spiritualia adeo ossibus inhaerent, ut avelli nequaquam possint. Item non restituitur adversus votum, vel opus pietatis, cum in his læsus dici nequeat, si quidem per illa consultit animæ salutis, & adversus Deum restituitur concedenda non est: (Cum neque contra patriam, vel patrem concedatur. l. ult. C. qui & advers. quos: Ducnas reg. 357. Caldas supra, verb. Lasis, supr. num. 155. cum seqq.) Flamin. num. 15. Oddus 1. part. quast. 23. art. 22. num. 55. Sanch. in Decalog. lib. 4. cap. 35. num. 86. Sed bene circa hæc restituitur in iudicio, quando de eorum validitate tractatur, sicut in aliis causis temporalibus, cap. ex literis 4. ubi notat Barbof. in collect. num. 2. de in integr. restit. & adnotat D. Covarr. infra, n. 8. vers. Rursus, Mascard. de probat. conclus. 1275. num. 11. Nam et si in causis spiritualibus pro majore habeatur, cap. fin. de iudic. in 6. non denegatur ipsi restituitio, Odd. p. 2. quast. 60. num. 21. Cald. supr. verb. Vel adversarij dolo, numer. 42. Grat. discept. cap. 74. num. 11.

Ad Num. 2.  
Minor restitutionis beneficio juvatur propter lucrum omisium, Tiraquel de retract. lignag. §. 35. gloss. 2. num. 9. Cyriac. tom. 1. contrrov. 51. num. 55. Oddus part. 1. quast. 4. art. 8. num. 52. Sord. decis. 99. num. 4. Afflic. decis. 340. num. 1. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 59. num. 21. Anton. Gom. ubi proxime, n. 1. vers. Imo quod magis, Mauric. cap. 140. Caldas post questiones Forens. conf. 30. nu. 32. Flamin.

lib. 3. quast. 7. n. 41. Menoch. conf. 412. numer. 44. Morl. dict. tit. 5. quast. 9. & omnes communiter.

Ad Num. 3.  
In permutatione beneficiorum non prodesse remedium l. 2. C. de rescind. vend. est communis resolutio; Padilla ibi, num. 18. Rebuf. tom. 1. ad leg. Gallic. tract. de rescis. contractuum, §. unico, gloss. 15. num. 10. Mascard. de probat. conclus. 1175. num. 20. Matienz. in l. 1. gloss. 7. num. 5. titul. 11. lib. 5. Recop. Ceval. quast. 536. num. 92. Barbof. in collect. ad d. l. 2. num. 28. Hermos. in l. 56. gloss. 4. n. 711. tit. 5. p. 5. Rebell. de obligat. just. p. 2. lib. 9. quast. 3. sect. 2. num. 13. vers. Adnotandum, Flamin. dict. quast. 7. num. 41. Fachin. contrrov. lib. 2. cap. 22. vers. Tertia est controversia, Morla in empur. 1. part. tit. de empur. q. 19. num. 4. cum seqq. qui satisfacit argumentis contrarium tenentium, ut Pinel. in ead. l. 2.1 part. cap. 3. num. 16. vers. Contrarium, Borgenf. in cap. cum causa: de empur. Calderin. in tit. de rer. permut. conf. 4.

Vers. Contrariam sententiam.  
Quod minor læsus in renunciatione beneficii est restitutus, etiam postquam alteri collatum fuerit, cum D. Covarr. defendunt Tondut. d. cap. 50. num. 3. cum sequentibus, Vivian. ubi supr. Odd. quast. 63. art. 2. Morl. d. tit. 5. quast. 8. num. 4. Christof. Rossin. lib. de re Pontific. cap. 17. Boer. dict. decis. 350. num. 5. Peregr. de iur. Fife. lib. 5. tit. 2. num. 47. Thanis decis. 47. Bellamer. in cap. ex parte, de restit. spoliat. & plures, quos hi laudant. Quibus favet notissimum in materia restitutionis minorum p̄ncipium, nempe, minori læso indulgentiam esse in integram restitutionem, quoties nulla lege expressè reperitur prohibita; Marefeot. variar. lib. 2. cap. 98. num. 6. Cyriac. tom. 2. contrrov. 268. num. 28. Odd. 1. part. quast. 15. art. 6. num. 44. & 45. Molina de primogen. lib. 3. cap. 13. num. 65. Perez in l. 1. tit. 8. lib. 3. Ordina. Guttier. practicar. libr. 2. q. 88. ad finem, & lib. 1. q. 31. num. 4. cum igitur hoc casu restituitio nullo jure denegetur, concedenda erit, de quo supra, a num. 2. & infra a num. 55.

De interpretatione textus in cap. cum universorum 8. de rer. permut. agit Barbof. in collect. ad cap. ex parte, 12. n. 8. de offic. deleg. de quo infra ad num. 6. dicendum ex num. 29.

Ibi: Secunda, quod prædictam pactionem.  
Simoniam committi tam in resignationibus, quam permutationibus beneficiorum, etsi nihil temporale interveniat, quoties contra jus pactionis adiciuntur; probatur ex cap. quæstium 5. de rer. permut. Gloss. in cap. cum olim 7. verb. Consensum, eodem tit. Gloss. in dict. cap. ex parte, verb. Dimittere, Gloss. in cap. dilecto 25. verb. Resignavit, de praben. Flamin. lib. 1. quast. 3. num. 1. cum sequentibus; Guttier. conf. 42. num. 7. Rebuf. in praxi 3. part. tit. de permut. num. 32. & de renunciat. condit. num. 1. P. Suar. de Relig. tom. 1. lib. 4. cap. 31. num. 8. & cap. 35. num. 3. & 8. Panormit. in cap. non satis, de simon. Bonac. in summa, tom. 1. tract. de simon. disp. 1. q. 4. §. 14. num. 2. & 4. Lessi. de iust. & jur. lib. 2. cap. 35. dub. 4. num. 87. Sanch. conf. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 25. num. 6. & 17. & dub. 37. num. 1. Tond. part. 2. cap. 4. §. 8. num. 10. Diana, oper. moral. 4. part. tract. 4. resolut. 150. Del-bene de immun. Eccles. p. 2. cap. 19. dub. 24. num. 13. Gomez in regul. de infirm. q. 12. Redoan. de simon. part. 2. cap. 2.2. num. 14. Navarr. in cap. si quando, except. 4. de rescript. & in manual. cap. 23. num. 107. Garcia d. part. 11. cap. 3. num. 57. Tolet. in sum. lib. 5. cap. 91. Azor. p. 2. lib. 7. cap. 29. q. 3.

Ex quibus colligitur, permutationem propria autoritate factam, simoniacam esse: Nec non resignationes reciprocas, vel quæ in favorem alterius fiunt, nisi Pontificia intercedat autoritas; & ita de stylo Curie servati, affirmat decis. 3. de renunt. & decis. 3. de simon. Omnes tamen fatentur, hujusmodi simoniam non esse contra jus Divinum, cum nihil temporale detur in pretium rei spiritualis; sed adversus Ecclesiasticam juram, quamvis vera simonia sit: Nam Ecclesia efficere valet, ut vera simonia committatur, licet temporale non interveniat, prohibendo hujusmodi conventiones circa spiritualia, Religionis intuitu, propter

propter periculum, & suspicionem simoniae in jus divinum, quæ sub illis latere solet; & hanc duplicem speciem simoniae admittunt Gloss. in cap. cum pridem 4. verb. Illicita, de pact. Gloss. communiter recepta in d. cap. ex parte. Guttier. canonic. lib. 2. cap. 23. num. 11. Navarr. d. cap. 23. n. 100. vers. Secundo, quod duplex: Sor. de just. & jur. lib. 9. q. 5. art. 2. vers. Aliquantulo, Barbof. in collect. ad dict. cap. cum pridem num. 7. P. Suar. dict. lib. 4. cap. 2. Sanch. d. cap. 3. dub. 2. num. 4. & veram esse simoniam, quando solum jus Ecclesiasticum violatur, defendit cum aliis P. Suar. dict. cap. 31. num. 3. Licet contra sentiant Bonac. dict. disp. 1. quast. num. 7. Tondut. ubi supr. Becan. de just. & jur. ad quast. 100. D. Thom. q. 10. num. 4. qui hanc simoniam appellant impropiam, putativam, vel interpretativam. In quo advertere oportet cum P. Suar. dict. cap. 35. num. 8. cum renunciatio sit in favorem, etiam adjecta clausula: Non aliter: neque alio modo, apud inferiorem Pontifice, non incurri simoniam, nisi Prælati huic conditioni consentiat, quia pactio ex duorum consensu perficitur, l. 1. ff. de pactis, sed est actus peccaminosus irregularitatis. Permutationi autem beneficiorum nullus Prælati inferior Episcopo autoritatem potest interponere, ut licite fiat: Nicol. Garc. supr. tract. 11. cap. 4. num. 68. Azor. institut. moral. part. 2. lib. 7. cap. 19. q. 4. vers. Si querat, Rebuf. supr. tit. de permutat. num. 10. Zerol. in prax. p. 1. verb. Renunciatio, §. 4. Potest tamen Capitulum, Sede vacante, Garcia num. 75. Aug. Barbof. cum aliis, de potest. Episcop. p. 3. alleg. 69. num. 8.

Alij vero cum D. Covarr. sentiunt, in his pactionibus, licet juri Ecclesiastico contraveniantur, nullum simoniae vitium adesse, si nihil temporale præstetur, promittatur, vel speretur; Barbof. in collect. ad cap. quam pio 2. 1. q. 2. ex num. 8. Duaren. de sac. ministr. lib. 2. cap. 2. Aragon 2. 2. q. 100. art. 4. conclus. 2. Sor. de just. & jur. lib. 9. q. 7. art. 2. conclus. 1. Bonac. dict. disp. 1. q. 1. num. 6. & alij.

Sed prior sententia, uti communior, ita & verior videtur; nam simoniae labes duo complectitur damnabilia, & res spirituales pretio æstimari, & avaritiam, seu cupiditatem; D. Thom. 2. 2. q. 100. art. 1. ad. 4. cui tertium vitium addi potest, scilicet circa spiritualia commerciari, quæ cum divini juris sint, dominio, aut dispositioni hominum non subiciuntur, ut privati ad libitum de illis audeant disponere, §. nullius, Inst. de rer. divis. August. Barbof. in collect. ad tit. de simon. in rubric. num. 5. unde licet primum in his conventionibus deficiat scelus, in aliis duobus Simoniae pravitas incurritur, quapropter pacifcentes circa beneficia aliter, quam permillum est, reos simoniae fieri Ecclesia decrevit, d. cap. quæstium, quæ ideo interpretativa dicitur, quoniam jus Canonicum, interpretans Divinum, simoniam his casibus committi decernit.

Ad Num. 4.  
Simoniacum non esse illum, qui intuitu cognationis beneficium confert, ultra adductos à D. Covarr. docent Victor. in relect. de simon. num. 16. Azor. part. 3. lib. 12. cap. 11. q. 1. P. Suar. d. lib. 4. cap. 37. num. 6. Molfes. tract. 6. cap. 15. num. 57. Guttier. d. cap. 23. num. 60. vers. Nihilominus, Navarr. dict. cap. 23. num. 107. in princip. Flamin. supr. lib. 14. quast. 20. num. 20. Mich. de Palatio in prax. Theolog. de contract. & restitut. lib. 2. cap. 7. pag. 131. col. 1. vers. Quibus ego, Valenc. tom. 3. disp. 6. q. 16. de simon. punct. 3. vers. Quarto sequitur, & alij quos recenset, & sequitur Bonac. d. quast. 1. num. 7. Quicquid contra teneant Joan. Maior in 4. sentent. dist. 25. quast. 3. Darand. & D. Bonavent. dict. dist. 15. Additio Hostiens. in summa. & D. Bonavent. in gloss. non congrue, ibi: Simoniaci quoque sunt Episcopi. Nec in dict. cap. cum universorum, reprobatior renunciatio illa, quod fuit in favorem consanguine facta, sed quia processit ex permutatione jure prohibita, & illicita conventionem, d. cap. quæstium.

Ibi: Idem asserit textus in cap. nemo.  
De intellectu capitis, nemo 14. de simon. consulendus est Barbof. in collect. ad illum textum, num. 2. & P. Suar. dict. lib. 4. cap. 22. num. 14. & 15. & ultra eorum interpre-

tationes mihi dicendum videtur, Pontificem nequaquam sentire illis casibus simoniam committi, sed peccata illi presbyterum, qui ob munera omittebant, vel gratia, aut favore faciebant aliquid circa spiritualia, speciem aliquam, & similitudinem simoniae præ se ferre: frequentissime enim, ut similitudinem significemus, ita solemus loqui; veluti cum cor hominis inexorabilis, & inflexibilis, adamantinum dicimus; sic falsam monetam, adulterinos nummos, Ulpianus in l. lege Cornelia 9. & Modestinus in l. lege Cornelia 30. falsum signum, adulterinum, dixerunt ff. ad l. Corn. de fals. similiter Justinianus in auth. de interd. dict. heret. colleg. §. 1. collat. 9. adulteras collectas, ac adultera baptismata appellavit ea, quæ non legitime fiebant; in his siquidem adulterium aliquod non reperitur; at quia illegitima sunt, & similia filiis ex adultero progenitis, ideo ita nuncupantur. Hinc Cassius Juris consultus Leoniam locieratem appellavit, in qua convenerat, ut alter socius laicrum tantum, alter damnus sentiret, teste Aristone, apud Ulpianum in l. si non fuerint 29. §. fin. ff. pro socio, ut ostenderet immanem rapacitatem ejus, qui locium tam iniqua pactione construngebat: eadem ratione in d. cap. nemo, simoniaca illa delicta dicuntur, non quia per ipsa vere simonia incurrat, sed quoniam hujus criminis redolent pravitatem.

Ad Num. 5.  
Controvertitur, num liceat Prælati inferiori Pontifice, cum apud ipsum resignatur beneficium in favorem Tertij, rejecta conditione, illud alij, quem decreverit, conferre; de qua questione Barbof. in collect. ad d. cap. ex parte, num. 8. vers. Quæstio autem, de offic. deleg. & id fieri posse negat; consentiunt Suar. d. lib. 4. cap. 35. num. 7. Rebuf. in praxi, tit. de resign. condit. num. 7. Sanch. dict. cap. 3. dub. 36. num. 3. Flamin. lib. 1. q. 3. num. 15. & ita est tenendum; licet contradicant Boer. de potest. Legat. q. 2. Redoan. de simon. 2. p. cap. 13. num. 9. & alij. Imò si talis renunciatio fieret apud Pontificem, adjecta clausula: Non aliter, neque alio modo; non posse acceptare renunciacionem, conditione neglecta, de potestate ordinaria, docent Cassad. decis. 2. de simon. num. 6. Mandos. de resignat. gratia, tit. de resignatione, vers. Item clausula, Sanch. dict. dub. 36. num. 4. Sed Suar. ubi proxime, num. 15. cum sequentibus, opinatur quòd si quis renunciasset in favorem Titij per viam modi, v. g. Renuncio tali beneficio, ut Titio conferatur, potest Episcopus renunciacionem admittere, & beneficium liberè, cui voluerit, dare.

Ibi: Imo nihil agit contra juris prohibitionem.  
Negat Suar. d. cap. 35. num. 11. licere Episcopo, resignationem in favorem acceptare, non approbando, nec rejiciendo expressè conditionem, & beneficium liberaliter conferre nominato. Contrarium verò cum D. Covarr. sentiunt Filliac. in summa tom. 3. tract. 45. cap. 8. q. 2. num. 2. Bonacin. tract. de simon. q. 4. §. 14. in fin. Augustin. Barbof. de potest. Episcop. allegat. 69. num. 50. nam designatio personæ, cui resignans prospicere vult, non est verita, si liberè renunciatur.

Ad Num. 6.  
Defendit Barbof. cum aliis, quos laudat in collect. ad dict. cap. ex parte, num. 8. vers. Qua retenta, restitutionem, de qua in d. cap. cum universorum, fuisse ex justitia; & ita in praxi observari, assererat Rebuf. tit. de permutat. num. 12. Contrarium cum D. Covarr. tenent Abbas in dict. cap. cum venerabilis, num. 23. de except. ubi Decius communem testatur, num. 18. Socin. conf. 167. lib. 2. Ludov. Gom. in regul. de triennial. q. 24. Ratio est, quia permutantes beneficia propria autoritate, illis carere debent in pœnam delicti, cap. cum olim 7. eod. tit. quod resignans ex parte sua prorsus ad effectum perduxit, nec excutatur quia permutatio non fuit perfecta, cum per eum non steterit, quo casu affectus puniri debet, l. 1. in fine, ff. ad l. Pomp. de parricid. l. 2. titul. 31. part. 7. ubi Greg. Lop. gloss. 9. optimus textus in cap. Salvator 8. §. 1. pauò post principium, ibi: Quantum in ipso erat, emere voluit, 1. quast. 3. l. 1. is, qui cum telo 7. C. ad leg. Cornel. de sicar. Menoch.